

	<i>Ex Calculo Rudolph.</i>	<i>Ex Observat.</i>	<i>Differ.</i>	<i>Tempus.</i>
<i>Initium</i>	Hor. 9 22 26	Hor. 9 22 0	0 26	Hor.
<i>Max. Obscur.</i>	10 17 57	10 31 0	13 3	
<i>Finis</i>	11 13 26	11 39 40	26 14	
<i>Dig. Eclips.</i>	4 21 30	4 22 0	0 30	
<i>Semid. ☽</i>	0 15 0			
<i>Semid. ☽</i>	0 15 3	0 13 53	1 10	10 0 0
		0 14 0	1 3	10 24 0
		0 14 50	0 13	11 0 0
		0 15 0	0	<i>ultimo.</i>
<i>Duratio</i>	1 50 58	2 17 40		

*An Extract of a Letter of the Learned Dr. Matthias Mangold of Basel, concerning a Mathematico Historical Table, designed in that University; together with a Description of the import of the same.*

—Cæterum, hanc mihi insuper indulgeo licentiam ut super Tabula Mathematico-historica, à Clarissimo Megerlino, Matheses apud nos Professore non contemnendo, adorna a (cujus Descriptio incluâ sceduâ continetur) tuam flagitem judicium, et quid de ea apud vos sperare liceat.—

*Baselæ 4 Non. Martii.  
MDCLXXVI.*

Tuus

*Matthias Mangold.*

### Descriptio Tabulae Mathematico-Historicæ.

A D imitationem Geographorum, qui typum totius Terrarum Orbis unicâ Tabulâ repræsentant, omnia totius Mundi secula ad nostrum usque elapsa, omniumque Gentium Historiam, unicâ Tabulâ, memoria juvanda causâ, ob oculos ponere conatus sum idque, ut omnes hiatus evitentur, quam commodissime firre posse putavi, secundum Revolutiones Conjunctionum & Oppositionum Magnarum Saturni & Jovis ad Trigonum Igneum; quarum singulæ contingentes annos complectuntur, ac septem Revolutiones, cum septem Mundi ætates, omne ævum ab Orbe condito usq. ad nostrum seculum exhaustum: 1. a Incipit à Creatione & Adamo: 2. ab Enocho: 3. à No-aho & Diluvio: 4. à Mose, & Ixitu ex Agypto: 5. ab Esaja, Captivitate Assyriaca, Olympiadibus, Romulo: 6 à Christonato, & Augusto, denique 7. à Carolo Magno, & Imperio Germanico. Tabulam igitur Mathematico-Historicam quatuor foliis à sinistra ad dextram conglomeratis,



conglutinatis, per septem Columnas concinnavi, longitudine aquales, octo secula à vertice ad calcem spatiis equalibus comprehendentes; latitudine verò valde dispare, prout materia historica paulatim crescens id exigebat: Prima enim & Secunda sunt admodum tenues cum res antediluviane ferè sint incognitæ: Tertiæ & Quartæ (ut & reliquæ omnes) subdistinxii in sua quasi latera, quorum illa quatuor, hæc quinque habet, res Ecclesiæ, Afriæ, Africæ, & Europæ Orientalis atq; Occidentalis continentæ; illa autem angusta, quia præter res Ecclesiæ reliqua ferè omnia sunt fabulosa: Cum Quinta Columna tempus Historicum incipit, ideoque latera habet satis lata, eaque sex; prioribes enim res Europæ Septentrionalis separatim traditæ, accedunt: Et hucusque Prima Pars Tabula se extendit. Altera à Christo nato ad nostrum seculum ex duabus solùm (scil. Sexta & Septima) Columnis latissimis constat, in multa latera, res Ecclesiæ, Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ & Scotiæ, Dania & Svecia, Poloniæ, Ungariæ, Græciæ, Afriæ, Africæ, separatim exhibentia, divisæ. Adjungi posset pars Tertiæ, rerum nostro seculo per Orbem gestarum. Omnes autem illæ Columnæ simul ostendunt in margine Signa & Gradus Zodiaci, atque etiam annos Mundi, Periodi Julianæ, & Epochæ Christianæ, in quibus Conjunctiones illæ & Oppositiones Magnæ con-tigerunt; ac transversim distinctæ sunt in quatuor Trigonos Signorum, & horum quilibet in duo secula, quorum quodlibet seu quævis areola, quindecim lineolis describitur. At ne nimia rerum, quas tango, brevitatis Lectorem destituat, Indicem Tabulæ addidi locupletissimum, cum personis ac rebus gestis Chronologiam & Autbores historicos indicantem, qui Commentarii vices præstabit: Sed & alius accedit Commentarius brevis Chronologicus, in quo usus Chronologiæ in historicis ostenditur, & Ex. gr. Anacrisis Blondelli de Joanna Papissa examinatur; cum Appendice Cyclorum Planetarum, quibus mediantibus vera eorundem loca, & Eclipses Luminarium, ad sex mille annos ex Ephemeridibus nostri seculi facillimè deponi possunt.

P. Megerlin,